

170

Obscurè ex actionibus eius elucet. sit etiam in Philosophia  
modo nil in Theologia innovet; Prosequamur amore, quem  
spiritu gratia signatus est Christy: Nervos, si qui in eos sunt, cha-  
ritatis velo tegamus. Absit ergo in vindicatione. Dideri tua-  
rum amarulentia, ut ex ipsis verbis lenitudinis spiritum  
quem deus tibi largitus est, et quem hactenus in scriptis tuis osten-  
disti, lector deprehendere possit. Te verò, vir doctissime,  
oratum volo, ut hanc meam pro publicis in bonam partem  
accipias et pro me et omnibus in messem extrusis operariis  
Dominum rogere velis. Maximo certe gravor onere, cui  
ferendo plane imparem me agnosco, quo magis mihi opus est  
piorum precibus. Deo autem tibi tuisque sanctis laboribus bene-  
dicat et spiritu sapientie et roboris regere ac gubernare  
pergat, Amen. Meo nomine salutare, ne graveris vene-  
randum senem Dnū Witekindum et Henricum Alten-  
horium. Herborna 12. calend. Martii anno 1589.

Tui studiosissimū  
Iodocus Naum, Ecclesia  
Herbornensis Minister.

auditione ac pietate prestantissimo  
Vir, Dno M. Davidi Pareo, Praeceptori  
in adibus sapientiae Heidelb. fidelissimo,  
Dno suo perpetua observantia colendo.

177

J. Johanni Jacobo Gryneo D. Pareus S. P. D.  
Vereor tibi, Vir Reverende et Clarissime, interpellatione mea  
molesty ne sim, versant. aliquam inter molestiarum cumulos.  
Sed et vereor ingratus vel inhumans ne sim, si totus à diversis  
tuo nomine peramanter salutat, et tot singularis in me  
benevolentiae tuae symbolis acceptis, nihil te vel occupatissimum  
interpellem. Accepi, inquam, abs te pro uno articulo meo  
articulorum tuae cruditissima aliquot, pro quibus tibi gratias ago:  
paria reponere non possum. Quo minus vindicationis Bibli-  
orum exemplar ad te miserim, praecipue fecit Typographi  
iniquitas, quem non causa gravitas et aequitas, sed edictum  
Principis vix adiecit, ut 800. exemplaria imprimeret, quae  
tam multo ipsius quidem opinione avidius distracta sunt, ut  
vix unum et alterum in manus meas provenerit. Non dubito  
autem te legisse. Audui non modo meam rem agere, sed et  
oleum vulnere publico asferre: utinam sit finis, et desinant

personati illi Συγγρογοί invidere paci Ecclesie. Vobis tranquillita-  
tem ex animo gratulor, neq; ea forte nobis deesset, si vestro exem-  
plo maledicta Thrasonica contemnere, et silentio ulcisci possessem. Vi-  
disti denuo me provocari ad contradicendum à Siscatore: qui consen-  
sum in re ipsa falletur, et tamen argumenta pro re ipsa pergit elu-  
dere, ac thesion defendere: dari contradicentia falsa. Sudent silen-  
tium Amici quidam, dissuadent alii. Nisi verear, adversarius  
placituram hanc nostram, ut ille quidem nominat, λογομαχίαν  
et offendi posse in Aula nostra, quos minime offensos velim: vi-  
me continebo, quin Anaxagoram redivivam emitam. Deum  
testor, me affectibus nihil dare, sed scholis nostris consultum, et  
veri falsiq; utrorq; illud εὐψυχον, quo studia nostra carere non  
possunt, assertum unice cupere. i quia provideo, quorsum hie  
καταδρομίας tendant. Scis cum quanto lactu amiserit Academia  
nostra D. Georgium John, collegam et compatriam mihi cha-  
rissimum, summi iudicii Theologum. Huic vulnere medendo  
nunc cogitur servire schola nostra privata, qua iucundo privatur  
primario suo Praeceptore viro docto D. Kinedoncio, quo vix  
annum fruita est. Is n. succedit defuncto in professione, postri-  
die cathedram primo conscensurq;. Gratulor quidem Academia de  
hoc viro, quem ipsa educavit, sed doleo domus nostra vicem ob tot  
mutationes, quae cum videntur optime fieri, tamen aliquid  
δυσταλόπον important. Utinam inveniat hie schola nostra  
virum aliquem conditione et auctoritate gravem, qualem hie locus  
omnino requirit. Ego meo loco contentus esse didici, neq; onus  
tantum cum periculo meo et Ecclesie affectare. Quapro precibus tuis  
sanctis et consilio Dños consiliarios, pro ea, qua vales apud eos  
gratia, in tali aliquo vel isthuc apud vos vel alibi monstrando ad-  
juves. Feliciter vale, vir proclarissime, cum uxore et liberis. Dñs  
Deus vires ingenii et corporis tibi spiritu suo roborat, et laboribus  
suis cumulatissime benedicat. Heidelbergae 10. Junij 1589.

συγγρογῶν

J. K. Studiosiss.

J. Pareus.

Reverendo et Clarissimo Theologo Joh:  
Jacobo Grynaeo, Doctori, Professore  
atq; Antistiti, Basiled dignissimo, Do-  
mino et fautori suo honorando  
Basill.